

Unbekannte Urkunden über das Benefizium an den Externsteinen

Von Klemens Honselmann

Der Verein für Geschichte und Altertumskunde Westfalens kann für sich das Verdienst buchen, die schriftlichen Quellen über die Geschichte der Externsteine der Öffentlichkeit zugänglich gemacht zu haben. Paul Wigand veröffentlichte gleich im ersten Heft seines Archivs, des Vorgängers unserer Zeitschrift, einige Urkunden des 14. und 16. Jahrhunderts¹. 1867 ließ Wilhelm Engelbert Giefers im 27. Bande der Zeitschrift eine viel beachtete Abhandlung: „Die Externsteine im Fürstentum Lippe“ erscheinen, der er einen Urkundenanhang gab². Er druckte zunächst die schon bei Schaten sich findende Urkunde über die Erwerbung der Steine durch Kloster Abdinghof ab, brachte weiter eine Werdener Urkunde des 12. Jahrh. und fünf Abdinghofer über Belehnungen des 14. Jahrhunderts; er schloß weitere Nachrichten über die Schicksale des geistlichen Lehens und der Steine im 15.—17. Jahrh. an. Seine Vorlagen waren meist ältere Drucke, zwei Stücke waren Handschriften der Theodorianischen Bibliothek in Paderborn entnommen.

Fünf Jahre später ergänzte Otto Preuß die von Giefers gebotenen Nachrichten im 30. Bande dieser Zeitschrift³ um weitere Schriftstücke aus dem 15.—17. Jahrh., die er in der älteren Registratur des fürstlichen Consistoriums zu Detmold gefunden hatte, nachdem er vorher schon in den zusammen mit A. Falkmann herausgegebenen Lippischen Regesten drei bis dahin unbekannte Schriftstücke des 14. und 15. Jahrh. veröffentlicht hatte⁴.

Merkwürdigerweise war das Archiv des Klosters Abdinghof im Staatsarchiv Münster bisher weder von Giefers noch von Preuß herangezogen worden. Bei einer Durchsicht der Urkunden⁵ fanden sich nicht

¹ Die Eggerstenesteine. Archiv I, 1 (1825) S. 103—108. I, 2 (1826) S. 118 bis 121.

² S. 1—104.

³ S. 141—154. Ergänzungen zu diesen Nachrichten finden sich noch im Lippischen Landesarchiv zu Detmold, Registratura ecclesiastica generalis. B Sect. I u. II, C Sect. II, ferner Repertorium über das Amt Horn: B Sect. III, C Sect. VIII.

⁴ A. Falkmann und O. Preuß: Lippische Regesten. Lemgo, Detmold 1860—68. Darin Bd. 2 Nr. 1555, 1753 und 2466.

⁵ Auch die Akten des Klosters Abdinghof im Staatsarchiv Münster bieten zu dem Streit, der im Anfange des 17. Jahrhunderts zwischen dem Kloster und den lippischen Grafen entstand, ergänzende Schriftstücke.

nur, wie zu erwarten war, die Originale der von Wigand veröffentlichten, sondern auch sechs bisher unbekannte Urkunden derselben Zeit. Unter diesen ist von besonderer Bedeutung eine Gerichtsurkunde vom 2. Juni 1385, die als einzige der bekannten Urkunden bestimmte Angaben über die christlichen Kultheiligtümer an den Externsteinen macht⁶.

1. 1367 Sept. 22. Heinrich, Bischof von Paderborn, beauftragt den Rektor der Kirche in Horn, die durch den Abt von Kloster Abdinghof geschehene Präsentation des Priesters Werner Geraci für das durch Resignation des Siegfried de Lemego frei gewordene Benefizium an der Kapelle Externstein bekanntzugeben und Opponenten zur Glaubhaftmachung ihrer Ansprüche vor dem Bischof zu laden.

Henricus Dei gratia episcopus Paderbornensis ... rectori domorum in Horne salutem in domino. Ad capellam Eghesterensteyn per liberam resignacionem Syfridi de Lemego, eius rectoris ultimi, ad presens vacantem nobis ex parte domini ... abbatis monasterii sancti Pauli Paderbornensis, patroni, discretus vir Wernerus Geraci presbiter fuit presentatus. Unde vobis mandamus, quatenus generali proclamationis edicto omnes et singulos suo interesse credentes ad feriam proximam peremptorie citetis coram nobis ad opponendum se et ius suum deducendum, si decreverint contra dictum presentatum. Alioquin cum eodem ulterius procedemus citatorum absencia vel contumacia non obstante. Reddite litteras sigillatas^a. Datum sub nostre curie sigillo. Anno domini M^o CCC^o lx septimo in crastino beati Mathei apostoli.

^a In der Urkunde abgekürzt: R h sig.
Or. Kl. Abdinghof Nr. 265. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen. Ältere Signatur: N n 6.

2. 1367 Sept. 28. Heinrich, Bischof von Paderborn, beauftragt den Pfarrer in Horn, den von ihm zum Rektor der Kapelle der Kluse Externstein ernannten und investierten Priester Werner Geraci in den Besitz des Beneficiums einzuzweisen.

Henricus Dei gratia episcopus Paderburnensis. ... plebano in Horne salutem in domino. Nuper ad instanciam Wernerii Geraci presbiteri, qui per religiosum virum Arnoldum, priorem monasterii sanctorum Petri et Pauli apostolorum, ordinis sancti Benedicti, domni ... abbatis eiusdem monasterii ipsius subscripte capelle veri patroni in remotum agentis, in hoc casu specialis procuratoris seu commissarii, ad capellam reclusorii Eghesterensteyn prope Horne per liberam resignacionem Sifridi de Lemego, eius rectoris ultimi, ad presens vacantem nobis fuerat presentatus, omnibus et singulis sua interesse creditibus et se opponere volentibus ad informandum nos de suo iure et interesse ad certum peremptorium

⁶ Die diese Angaben bietende Stelle der Urkunde konnte ich bereits im Heimat-
born (Beil. zum Westfälischen Volksblatt) Jahrg. 14 (1934) Nr. 1 S. 4 veröffent-
lichen und ihre Bedeutung würdigen.

terminum, videlicet feriam secundam proximam post festum sancti Mathei apostoli, citatis et, quia non comparuerunt, exigente iusticia contumacibus reputatis, idem presbiter non obstante citatorum contumacia secum ulterius procedi iuxta tenorem proclamationis emisse humiliter postulavit. Cuius precibus tamquam iustis annuentes ipsum pretextu sue presentacionis ad dictam capellam in rectorem admisisimus, de ea per librum, ut moris est, investivimus, in eam instituimus et in corporalem possessionem inducendum esse decrevimus in hiis scriptis. Quare vobis precipimus et mandamus, quatenus, prout requiremini, ad dictam capellam sub testimonio competenti accedentes eundem investitum in corporalem possessionem inducentes eidem de fructibus, proventibus et iuribus ipsius capelle et nulli alii auctoritate nostra faciatis et mandetis debitibus temporibus ab omnibus, quorum interest vel interesse poterit, digne responderi contradictores et rebelles per censuram ecclesiasticam firmiter compescendo. Diem inductionis et, quid in premissis egeritis, nobis vestris litteris his infixis fidelissime rescribatis. Actum et datum sub nostro secreto. Anno domini M^o CCC^o Lx septimo feria tertia post festum sancti Mathei apostoli hora prime.

Or. Kl. Abdinghof Nr. 266. Siegel abgefallen. Auf der Rückseite: De capella in Eghesterensteyn. Von wenig späterer Hand: 1367 In Egelsternsteyn. Ältere Signatur: O n 7.

3. 1367 Okt. 21. Ludolf, Vicepleban in Horn, zeigt Heinrich, Bischof von Paderborn, die geschehene Einweisung des Werner Gerlaci in den Besitz der Kapelle der Kluse Externstein an.

Reverendo in Christo patri ac domno domno Henrico Paderburnensis ecclesie episcopo eius humilis Ludolfus viceplebanus in Horne reverenciam in omnibus et honorem. Ad capellam reclusorii in Eghesterensteyn accedens Wernherum Gherlaci de eadem investitum et in eiusdem rectorem per vos institutum iuxta mentem et tenorem vestri mandati, cui presens cartula est infixa, personaliter in corporalem possessionem sepeditice capelle induxi sibique et nulli alii vestra auctoritate de fructibus et iuribus eiusdem responderi, de quibus intererit, feci et in ecclesia Horne executioni debite hoc idem fieri publice demandavi presentibus discretis viris Gofrido Sifridi et Henrico fabro et aliis quam pluribus fidedignis ad premissum pro testibus vocatis. Sub anno domini M^o CCC^o LXVII^o in die undecim mille virginum hora sexta vel quasi.

Or. Kl. Abdinghof Nr. 268. Siegel abgefallen.

4. 1385 Juni 2. Der Vizethesaurar der Domkirche in Paderborn entscheidet in dem Streit des Rektors der Kapelle in Externstein Bertold Wedemhove mit dem frater Johann de Wadenhausen, Reklusen daselbst, daß letzterer von der Kluse zu entfernen ist, ferner, daß die Opfergaben beim Bildwerk, im Opferstock des Eremiten, in der (unteren) Kapelle und an dem oberen Altar nicht dem Reklusen, sondern dem Rektor der Kapelle zukommen.

In Dei nomine. Amen. Vicethesaurarius ecclesie Paderbornensis. Nuper Bertoldus Wedemhove, rector capelle in Egestersten, actor, fratrem Joannem de Wadenhusen, reum, coram nobis citari procuravit et in tertio termino sibi libellum tradidit in hec verba: Coram vobis honorabili viro domino thesaurario vel vestrum locum tenente dicit procurator Bertoldi Wedemhoves, rectoris capelle in Egestersten, actoris contra Joannem de Wadenhusen et quamlibet personam pro eo legitime in iudicio intervenientem, et in iure proponit, quod, licet collacio, institucio et destitucio anachorite seu heremite in Egestersten ad rectorem capelle, qui pro tempore fuerit, et ad ipsum Bertoldum, rectorem dicte capelle, pertinuerint et spectent, tamen dictus Johannes de Wadenhusen nulla collacione et institucione sibi per dictum actorem nec per predecessorem vel predecessorem factis de inclusoria et de domo spectante ad ipsam se propria temeritate intromisit et intromittit, occupavit et occupat in dicti Bertoldi preiudicium non modicum et gravamen. Ceterum dicit dictus procurator, quod, quamvis omnes oblaciones, que offeruntur ad tippum⁷ quam ad vas ipsius heremite⁸, ac eciām oblaciones, que offeruntur in dicta capella⁹ et ad superius altare¹⁰, ad ipsum rectorem pertinuerint et pertineant et pertinere consueverint, fuerintque rectores dicte capelle in possessione vel quasi iure percipiendi dictas oblaciones, nihilominus tamen dictus reus dictas oblaciones inbursavit et usui suo applicavit minus iuste. Item proponit dictus procurator, quod pecias terre ad dictam capellam et ad ipsum rectorem ratione dicte capelle spectantes digito demonstrandas, si necesse est, occupavit et de eis ortos fecit et in utilitatem suam convertit dicto actore minime consentiente et volente. Quare petit dictus procurator per vos et per vestram diffinitivam sententiam pronunciari, decerni et declarari intromissionem et occupationem, de quibus supra, fuisse et esse temerarias et iniustas, dicto Johanni inhibendas fore et debere inhiberi, ne de cetero de tali inclusoria predicta se intromittat, ac ipsum amovendum fore et debere amoveri, oblacionesque et pecias predictas ad rectorem ipsius capelle et ad ipsam capellam pertinuisse et pertinere, necnon facta per ipsum reum et attemptata fuisse et esse iniuriosa et minime iure suffulta, ac ipsum ablata recepta et levata dicto actori et, que percipere potuerit, restituere debere et ad restituendum ipsum compellendum fore et per vos compelli debere, dic-

⁷ = typus, Bildwerk. Gemeint sind Opfergaben beim Relief der Kreuzabnahme.

⁸ Auch der Eremit hatte also einen Opferstock, in den die Wallfahrer Almosen legten.

⁹ Mit dem Ausdruck kann nur der untere Kapellenraum als Hauptraum der ganzen Anlage gemeint sein, in dem sich ja auch die Weihinschrift von 1115 befindet.

¹⁰ Zu übersetzen: Der obere Altar, der höher gelegene Altar. Es handelt sich um den Altar hoch oben im „sacellum“ des Felsens. Eine Deutung als „Hochaltar“ ist nicht nur deshalb abwegig, weil in der unteren Kapelle für einen Hochaltar mit Nebenaltären kein Platz ist, sondern auch darum, weil der lateinische Ausdruck für Hochaltar „altare maius“ ist.

tumque reum dampna passa, que actor estimat ad duas marcas, debere resarcire, vestra iudicali taxatione salva, et iuxta taxationem vestram ipsum condemnandum fore et per vos condemnari debere et ad condemnati solutionem ipsum compellendum fore et per vos debere compelli iure, remediis opportunis, et protestatur dictus procurator nomine quo supra, quod premissa possit corrigere, emendare, minuere et augere, mutare et declarare et interpretari ut est moris. Habet, dicit et petit dictus procurator meliori modo et forma, via, quibus melius et efficacius potest et debet, eciam vestrum benignum officium implorando, non adstringens se ad probandum omnia, sed ad ea tantum, que pro intencione partis sue sufficere videntur. Lite super huiusmodi libello negante contestata, de calumpnia et veritate dicenda per partes hinc inde iurato, posicionibus et articulis per actorem datis ac eisdem responsis per reum, testibus super hiis ab actore productis in forma iuris, receptis eorum iuramentis et diligenter examinatis necnon eorum dictis de voluntate partium publicatis aliisque rite peractis, partes vero ulterioribus dicendum expresse renunciantes demum in hac causa concluserunt petentes nostram sententiam diffinitivam fieri in premissis. Nos itaque visis et auditis probacionibus et cognitis ipsius cause meritis ac circumstanciis cum maturitate ponderatis, deliberacione insuper nobiscum et cum peritis prehabita diligentia, solum deum pre oculis habentes ac eius nomine invocato, ipsis partibus presentibus, ad hodiernum diem per nos legitime citatis ipsum Johannem reum amovendum fore de inclusoria in Egestersten, quem et amovemus, ortosque ad rectorem capelle in Egestersten et ad ipsam capellam pertinere, perceptaque levata per ipsum reum tam de oblacionibus quam de ortis, Bertoldo rectori capelle predicte a tempore, quo rector fuit, restituenda fore et ad restituendum ipsa ipsum reum per nos debere compelli. Lata est hec nostra sententia diffinitiva in ecclesia Paderbornensi nobis pro tribunali sedentibus, presentibus partibus supradictis, et eadem sententia lata reus ipse viva voce protestabatur de gravamine et appellando. In quorum testimonium prescriptam nostram sententiam per notarium subscriptum scribi et publicari ac sigilli nostri appensione fecimus roborari. Acta fuerunt hec sub anno a nativitate domini M CCC^o LXXXV^o, inductione octava, mensis Junii die secunda, hora sexta vel quasi, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Urbani divina providentia pape VI. anno VIII., presentibus honorabilibus et discretis viris dominis Johanne de Wyntzingerode, camerario ecclesie Paderbornensis, Johanne de Ymmenichusen, plebano in Brakle, Johanne rectore inferioris chori ecclesie Paderbornensis aliisque pluribus fide dignis testibus astantibus ad premissa.

Et ego Fridericus Deys, clericus Paderbornensis dyocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, quia huiusmodi diffinitive sententie, prolationi, protestacioni ac aliis premissis, dum sic agerentur et fierent, una

cum prenominatis testibus presens interfui eaque sic fieri vidi et audivi, ideoque hoc presens publicum instrumentum fideliter super hoc conscripsi, signumque meum solitum apposui in testimonium premissorum rogatus et requisitus. Sub anno, indictione, mense, die, hora, pontificatu et loco quibus supra.

Neben dem letzten Abschnitt das Notarszeichen.

Or. Kl. Abdinghof Nr. 422. Siegel abgefallen. Auf der Rückseite: Sententia diffinitiva de Egesterensteyn.

5. Worms, 1388 April 3. Philipp de Alenconio, Cardinalbischof von Ostia, päpstlicher Legat, erklärt, daß er Abt und Konvent des Klosters Abdinghof in Paderborn aufgetragen habe, dem Priester Bertold Wedemhover, Rektor der Kapelle in Externstein, unbeschadet des Besitzes dieses Benefiziums, das nächstfreiwerdende kirchliche Benefizium zu übertragen.

Philippus de Alenconio miseracione divina episcopus Ostiensis, sacro-sancte Romane ecclesie cardinalis, apostolice sedis legatus, dilecto nobis in Christo Bertholdo Wedemhover rectori capelle perpetue in Egesterensteyn, Paddeburnensis diocesis, salutem in domino. Cum nos mandamus auctore domino tibi, qui presbiter existis, de beneficio ecclesiastico pro-videre, beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura consuetum clericis saecularibus assignari vacans vel vacaturum, spectans communiter vel divisim ad collacionem, provisionem, presentacionem seu quamvis aliam dispositionem dilectorum nobis in Christo ... abbatis et conventus monasterii sanctorum Petri et Pauli Paddeburnensis, ordinis sancti Benedicti, nulli de iure debitum collacioni nostre, auctoritate, qua fungimur, tibi conferendum reservamus, districtius inhibentes eisdem ... abbatii et conventui, ne ipsi beneficium huiusmodi per nos, ut premittitur, reservatum alicui conferre, seu de ipso providere quoquo modo presumant. Nos enim ex tunc irritum decernimus et inane, quidquid de ipso beneficio contra predictam reservationem a quoquam quomodolibet contigerit attemptari, non obstante, quod capellam perpetuam in Egesterensteyn, Paddeburnensi diocesi, nosceris obtainere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre reservacionis et inhibicionis infringere vel et ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum. Datum Wormacie III. Non. Aprilis anno domini millesimo trecentesimo octuagesimo octavo, pontificatus sanctissimi domni nostri Urbani pape VI. anno decimo.

Or. Kl. Abdinghof Nr. 453. Siegel des Ausstellers beschädigt. Kanzleivermerke auf dem Umlauf rechts: Lubertus; unter dem Umlauf von anderer Hand: Jo. de Malesic. u [idi], l [egi]; auf der Rückseite: R [registrata].

Bemerkung auf der Rückseite: ...¹¹ MCCCLXXXI die lune X^a Aprilis Gotschalcus procurator produxit Rome in iudicio. Archivsignatur: 1388 G n 8 Eggensterstein.

¹¹ Hier sind einige Worte unleserlich.

6. Worms, 1388 April 3. Derselbe beauftragt den Propst des Busdorfstiftes in Paderborn, den Dechant des Patroclitiftes in Soest und den Thesaurar des Domstiftes in Paderborn, dem Abt und Konvent des Klosters Abdinghof in Paderborn bekanntzugeben, daß er dem Priester Bertold Wedemhover, Rektor der Kapelle in Externstein, unbeschadet des Besitzes dieses Benefiziums, das nächstfreierwende Benefizium, das das Kloster vergebe, reserviert habe, und weist die Genannten an, für die Einweisung des Providierten in den Besitz der Pfründe Sorge zu tragen.

Philippus de Alenconio miseracione divina episcopus Ostiensis, sacro-sancte Romane ecclesie cardinalis, apostolice sedis legatus, dilecto nobis in Christo ... preposito sanctorum Petri et Andree Padeburnensis et ... decano sancti Patrocli Susaziensis, Coloniensis diocesis, ac ... thesaurario maioris Padeburnensis ecclesiarum salutem in domino. Cum nos intendamus dilecto nobis in Christo Bertoldo Wedemhover, rectori capelle perpetue in Egesterensteyn, Padeburnensis diocesis, qui presbiter existit, auctore domino de beneficio ecclesiastico providere, beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, consuetum clericis secularibus assignari, vacans vel vacaturum, spectans communiter vel divisim ad collationem, provisionem, presentationem seu quamvis aliam dispositionem dilectorum nobis in Christo ... abbatis et conventus monasterii sanctorum Petri et Pauli, Padeburnensis, ordinis sancti Benedicti, nulli de iure debitum collacioni nostre, auctoritate qua fungimur, dicto Bertoldo transferendum reservavimus districtius inhibentes eisdem abbati et conventui, ne ipsi beneficium huiusmodi per me ut premittitur reservatum, alicui conferre, seu de ipso providere quoquo modo presumerent. Nos quidem ex tunc irritum decrevimus et inane, quicquid de ipso beneficio contra predictam reservationem nostram a quoquam quomodolibet contingere attemptari, non obstante, quod idem Bertoldus perpetuam capellam in Egesterenstein predictam noscitur obtinere. Quocirca discretioni vestre tenore presentium mandamus, quatinus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium per vos vel alium seu alios reservationem, inhibitionem et decretum predicta publicare studeatis in presentia predicatorum abbatis et conventus, si eorum presentia commode haberi possit, alioquin in ipso monasterio coram aliis honestis personis et etiam ex parte nostra sub forma consimili reservare, inhibere et decernere, si contra, fiet irritum et inane, facturi de publicacione huiusmodi et de vestris inhibitione, reservacione et decreto confici publicum documentum. Et nihilominus huismodi beneficium sic per nos ut premittitur reservatum si vacat ad presens, vel cum vacaverit, eidem Bertholdo vel procuratori suo pro eo cum omnibus iuribus et pertinentiis suis auctoritate predicti conferre et assignare curetis, inducentes eundem Bertholdum vel procuratorem predictum eius nomine in corporalem possessionem beneficij ac iurium et pertinentiarum predictarum eadem auctoritate et defendantes inductum sibique facientes de ipsis beneficii fructibus, redditibus, pro-

ventibus, iuribus et obventionibus universum integre responderi contradictores auctoritate predicta per censuram ecclesiasticam compescendo. Datum Wormacie III. Non. Aprilis anno domini millesimo trecentesimo octuagesimo octavo, pontificatus sanctissimi domini nostri Urbani pape VI. anno decimo.

*Or. Kl. Abdinghof Nr. 453a. Siegel des Ausstellers.
Kanzleivermerke dieselben wie auf Nr. 5.*

Bemerkung auf der Rückseite: in Putten MCCCLXXXI die lune xa Aprilis Gotschalcus procurator produxit Rome in iudicio. *Archivsignatur:* GG n 9.

Im Anhang zu den mitgeteilten Urkunden nehme ich kurz Stellung zu der Erzählung über Raub- und Mordtaten der Klausner an den Externsteinen, die immer wieder in der Literatur auftaucht. Sie geht zurück auf den Lippischen Schriftsteller Johannes Piderit, der in seinem *Chronicon comitatus Lippiae*¹² die bekannte Teufelssage bringt. Damit verbindet er die Räubergeschichte: Als der Teufel den Stein nicht habe umstoßen können, habe er die Geistlichen und Diener der Kapelle „zu allerhand Unordnung, Unzucht, Mord und Rauben beredet . . .“. Diese Dinge hätten sie „lange Zeit geübt“, bis endlich die Obrigkeit von amtswegen „das böse Werk zerstören müssen . . . und ihren Mordtempel turbieren lassen“.

Piderit gibt auf S. 276 seines Werkes seine Quellen an und bemerkt, daß er diese am Rande jeweils namhaft mache. Zu der Räubergeschichte führt er keinen Gewährsmann an, hält sie also offenbar wie die Teufelslegende für eine Sage. Eine andere Beobachtung drängt zu dem gleichen Schluss: Als Piderit schrieb, lag das Kloster Abdinghof mit den Grafen von Lippe im Streit um das Benefizium an den Externsteinen. In den vorhandenen Akten werden die oben aufgeführten Anklagen gegen die Benefiziaten und Klausner niemals erhoben. Die Einziehung des Benefiziums, nach Piderit eine Folge der Verbrechen, erscheint darin als eine natürliche Begleiterscheinung der Reformation. Die Erzählung ist also nicht als historische Wahrheit, sondern als Sage zu werten.

¹² Rinteln 1627. S. 525 f.